

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VII. Noëmo Deus dictat Arcam, & de Arcæ amplitudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

ditus non audiat! Monitores ad te missos rejiciebas, A concionatores tibi destinatos non audiebas, tuus ipse tibi & discipulus & magister, sed una & seductor eras, salutis documenta confitantes negligebas; quid iniqui fers, si tibi fiat quod faciebas: par pari redditur, monitorum contemptor æquissimè eo, quo deliquerit, modo punitur. Serum est in undis luctuarem, & pæne jam haustum suppetias clamare.

Sed dices: Quæ in concionibus dici solent, jam dices, jam vicies, jam centies audivi, ea jam ante scio, & forsan facundius, quam concionator, eloqui possem. O virorum optime, sed plus a quo natus, Annæum Sene-
cam tibi hue sito, qui eruditæ sapienter, & Christianæ,
In duas, inquit, partes virtus dividitur, in contemplationem
veri, & actionem: contemplationem instituto trahit, actionem
admonitio. Ita primum a scholis & præceptoribus, alterum
à templis & concionatoribus habemus. Sed addit. Annæus:
Virtutem exercet & ostendit recta actio, actuor autem si
prodest, qui suadet; & qui monet, proderit. Ergo si recta actio
virtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitione demon-
strat, & admonitio necessaria. Duæ res plurimum roboris ani-
mo dant, fides veri & fiducia, utramque admonitio facit.

Impertinens quorundam error est, conciones eo nomine non magni faciendas, quod tantæ eas faciant Catholicorum adversarii. Fatua proslus ratiocinatio, perinde si continuo malum sit, quidquid aduersa parti probatur. Ergo & Christum colere desinemus, quod cum pars colat aduersa. Sed geminum hæc documentum ne clamamus.

Duo documenta:

1. **Monita ne sperne.** Variè Deus nos monet per Angelos, Prophetas, Apostolos, Concionatores: monet verbis, exemplis, minis, suppliciis, per suam quemque conscientiam monet. Monita ne sperne. Noëmus, quod sui muneric est, exequitur, fidelissimus admonitor, quisquis parere non vulnus, perbit inter turbas; jam verba est clepsydra, ad finem properat: parendum est aut perendum: Monita ne sperne. Quisquis monitoribus asper est, plerumque nec frugi, nec homo bonus est.

2. Concio-
næ fre-
quentia.
Ioan. cap. 8.
v. 47.
Luc. cap. XI.
v. 28.

Tres viri
qui in toto
orbe non
inveniuntur.

II. **Conciones frequenta.** Luculentum Christi oraculum est: Qui ex Deo est, verba Dei audit, proprieæ vos non auditæ, quia ex Deo non estis. Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ne quæso, somnia, Christianæ, nullis te legibus ad audiendas conciones adigi, Deus iubet, natura & ratio præcipiunt. Naturalis & divini juris est, Verbo Dei, Oratoribus Evangelicis patientem accommodare aurem. E Christianis homo sapiens, Ego, ajebat, toto orbe tres viros querens, quos nupsians reperio. Primus, qui verè solers, industrius, & diligens sit, vi-
tæ tamen necessario caret. Multos reperias suæ culpæ egentes & miseros, quos ad mendicitatem derudit foecordia. Alter est, quem querio, & non inventio, qui abstinentia, moderatis jejunis, inediâ valetudini obfuerit: eorum qui valerudinet, insuper & vitam vorando aut potando perdiderint, innumerous est inventio. Sed nec tertium, inquietus, uspiam locorum indagare licet, qui conciones cum eas audire possit, negligere soleat, homo tamen frugi sit, & moribus integris: maximus illorum numerus est, qui conciones audiendas subterfugiant, sed intus & in cœte nequam sint. Res certa & ad amissum examinata: nec homini verè sedullo vietus, nec prudenter abstinenti valetudo, nec obsequenter audiens virtus deest. Qui vero præcones Evangelii, & conciones fugiunt, camelis & simiis non absimiles sunt. Cameli, quam transeunt aut bibituri sunt aquam, turbant, ne deformitatem gibbi sui videant. Simiæ, cum corpus pilosum, minimè glabrum, cum turpem vultum cernunt, speculum confringunt, & ita turpitudinis suæ indicem defugient: haud aliter illi concionum fugitantes, naves suos objurgari graviter ferunt, suos defectus nō nolunt, moneri & ad me-

liora impelli respidunt, sed illi alias culpæ causas praesunt, ideo conciones sacras refugunt, homines plerumque sui cerebri sine Deo, & sine lege, seipso docent & decipiunt. Deus audiri se prius vult, tum denum suis jussibus obediri. Beati qui audiunt verbum Dei, & in studio illud.

CAP V T VII.

Noëmo Deus dicit Arcam, & de Arce amplitudine.

TRIA admodum sunt memorata dignissima, quæ Trium Deus olim non tantum fieri præcepit, sed ordine diverso velut Architectus dicitavæ singula. Primum erat tabernaculum, quod Moyles instruxit: alterum erat templum, quod Salomon edificavit: tertium arca, quam fabricavit Noëmus, sed hæc ille magis admiranda quin arca que partibus. 1. Mirabilis hæc fabrica, annis centum Arca operas tenuit. 2. Magnitudine & habitacionum multipliciti varietate tabernaculum longè superavit arca. In aquis certè ab omni evo nō visum tale. 3. Totum conclusi orbem arca Noëtica: siquidem octo homines orbis futuri erant principium. 4. In arca tale fuit ornithophilum, tale vivarium, qualia nemo Regum aut Imperatorum habuit; in aviario omne genus volucrum, in vivario omne genus animantium, circum & ferarum paucabantur. Neque hoc obstupescendum navigium humana solùm arte confectum, sed Numinis potentia, & Angelorum tutelâ atque operâ. 5. Tot mysteriorum arcæ parvens fuit, quod vix simul in aliis reperienda.

Hoc igitur capite percensendum, quo tempore, quovæ modo supremus Architectus Deus, Noëmo velut fabro lignario ingens hoc opus dicitarit, quam longitudinem, quam porrò latitudinem, quam densitatem totius operis esse voluerit amplitudinem, explicare trademus.

S. I.

A Nno ab orbe condito millesimo quingentesimo Quætrigesimo septimo denuntiavit Deus Noëmo, decretum esse post annos centum & viginti, omnem gentem humanam suffocare aquis. Atque hoc Deus Noëmo patefecit, anno, quo diximus, ab ipsis mundi incubabiliis millesimo quingentesimo trigesimo septimo, cum Noëmus annum ageret quadringentefimum octogesimum primum. Anno autem ab orbis natali die millesimo quingentesimo septimo, cum Noëmus annum ageret quingentefimum primum, Deus illi arce fabricam dicitans, Fac tibi, ajebat, arcam de lignis levigatis. Hic Gm. fanè plurimum mirari subit, cur Deus modum hunc 7.14 fecit, & genitæ humanæ operosissimum elegerit, cum divina potentia facilissimum fuerit, & genus hominum restaurare, & Noënum servare modis aliis quamplurimi. Quid opus labore tanto, tam diuturno, quod fieri nisi multo faciliore poterat? Mirari hac licet, sed aliud sentire vel loqui non licet, quam ira divine bonitatis placuisse, sic Deo visum. Hinc illa iustio: Facitibiam.

Hæc Chrysostomus facundè ac sapienter expendens, Ne obiter, inquit, hac præterieris dilectæ. Cogita, quantum peperit justo curarum tumultum, cogitanti apud se, quantum hac omnia curam exigenter; non enim ei sufficiet cura mulieris, & puerorum & nuruum, sed & sollicitudo tot brutorum & educatio annæfiebat. Ita incumbebat ei præter curam uxoris, filiorum, & totius familiae, edificium insuper tam labiosum, tamque diuturnum; ipse manum admovere, fabrum lignarium agere, tot animalia in unum cogere, annuum ei pubulum inferre, sibi suisq; commeatum pro anno solido providere debuit, non immerito res infiniti laboris visa: herebat uique quid prout quid posteriore loco ageret, unde potissimum tanti molimis

149.5. in liminis initium duceret, interim urgebat jussum: Fecisti arcam de ligno levigatis: maniculas in arcas facies, & bituminosae intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudine arca, quinquaginta cubitorum latitudo, & trigesita cubitorum altitudo illius. Hic quæstio fere mechanica nascitur, an cubiti naturales communnes, an vero fuerint Geometrici. Communis & naturalis cubitus sesquipedalis est; Geometricus vero novem pedum, sive sex communum cubitorum. Certantes hinc opiniones aperiam. Et queso te, mi Lector, tuâ venia de re mechanica, Architectonica, loquamur mechanice architectonicæ; scapham appellemus scapham.

Origenes ad positam quæstionem afferit fuisse cubitos Geometricos, ita ut cubitus unus pedes novem, aut communes sex cubitos continuerit, qualis apud Agyptios esse solet Geometricus. Nec desunt rationes. i. Origenes istud non sine auctoritate assertens, Quæ, inquit, a prudenter viris, & Hebraicarum traditionum gnatris, atque veteribus magistris didicimus, ad auditorum notitiam deferemus. Quid autem nostri avi opifices præciliis illis oblucentur, à quibus haec Origenes haucit? 2. Moyses Geneseos scriptor, apud Agyptios natus, educatus, in Geometriâ Agyptiâ probè institutus, de hac absque dubio locutus est. Quis Suevorum in Sveciâ, cùm ulnarum est mentio, de ulna Gallicâ, vel Belgicâ vel Hispanicâ loquitur? 3. Origenis sententia optimis probata est Auctoriibus, cum primis Augustino, qui objectione de arcæ magnitudine calumniam ineptissimam vocat, & arcam urbi magna comparat. Ab Origeni & Augustino stant Isidorus, Clarius, Thomas Cajeranus, & recentioribus Marcius Delius & Benedictus Ferdinandus Luisitanus. 4. Noëmus cum omni familiâ & tot alii mercenariis operis vix centum annis integris arcæ fabricam elaboravit. Hinc colligere est, eam incredibilis & maximæ molis fuisse: & quidem si ad ulnas dimensionem hanc revocemus, longitudine ulnas non gentas, latitudo centum quinquaginta, altitudo habuillet notaginta.

S. II.

Nam Origeni, mi Lector, dedisti aurem; alteram, non dubitem, servasti alter sentientibus, quorum rationes non leviter diffundantur. 1. Moyses de tam longo Geometrico cubito nusquam alibi locutus est, ergo nec ito loco. Verosimilimum, hic cum omnia iis metiri cubitis, quibus altare, tabernaculum, aliaque talia mensuris est: sed in iis omnibus dimetiendis communni utebarunt cubito, aliqui scalis ad altare ascendum fuisset; ergo hunc communem cubitum in hujus etiam fabricæ mensura usurpavit. 2. Architecti nostri sedulè interrogati de cubito tam extenso, nil habent dicere; monstrum illis & figuramentum est cubitus tam longus. 3. Si quidem sententia Origenis censenda sit vera, profectè area duo millia & septingentos pedes fuisset longa, quadringtones quinquaginta lata, & alta ducentos septuaginta; prodigium navigii, quod fidem excedat. Si autem fabricæ hujus mensuram ad communem cubitum exigamus, longitudinem comprehendemus pedum quadringtonorum quinquaginta, latitudinem septuaginta quinque, altitudinem quadrangula quinque, quæ quidem ratione torum interius spatiū & capacitas arcæ quadrangula quinquaginta millia cubitorum complexa est. Quæ in re proportionein Architectus servavit istam: Decies erat area longior, quam altior. Eadem sexies longior, quam latior. Hæc humani corporis bene conformati proportio est: illud enim decies longius, quam à pectori ad tertium penetrando profundum, & sexies longius, quam latum ab extima parte lateris ad alterum.

Sed quando inter ipsos pedes Architectonicos est

A discriben, nam Toletanus, Parisinus, Syriacus, Hebreus, aliisque differunt; nos ad pedes Hebraicū exigemus singula. In fundamentum statuimus, communem cubitum, omnium arcæ, sesquipedalem esse Hebraicū. Atque ad istum cubitum hujus fabrice dimensionem omniem explicabimus. Enimvero ut ipsis etiam oculis adscimus hoc lignum subjiciamus, utemur comparatione. Templum Monacense sancto Michæli Archangelo inscriptum, cui vix simile Germania monstrabit, in paradigma statuimus. Spatia hujus templi quantâ locutu diligentia & accuratio dimensionis sum ex omni parte. Et longitudine quidem centum quinquaginta cubitorum est; si alterum tantum addamus, & templum duplo longius esse dicamus, compertissimam arcæ longitudinem, videlicet trecentos cubitos habebimus. Latitudo ejusdem templi, quæ latissimum est, quinquaginta septem cubiti: arca vero quinquaginta solū cubitos lata fuit. Templi altitudo, unus, & quinquaginta cubiti: arca vero trigesita tantum cubitis alta fuit, quam altitudinem Collegium Monacense Societatis Jesu ab imo solo ad usque rectum ostendit.

Quod si opinione Origenis probemus, præsenter afferendum erit, Noëticam arcam Monacensi templo duodecimes longiore, latiore quinqües, ter & semi altiore fuisse. Cras credam, hodie non; credat hoc qui volet. Accedit, quod Origenes arcæ formam Opinio descriperit profus inceptam, vix illi facilè probandam. Non mirum aliquam multos Origenis errores ab Ecclesiâ damnatos. Arca igitur longa pedes (non cubitos) Hebraicōs quadringtones quinquaginta, lata pedes septuaginta quinque, alta pedes quadrangula quinque cubitorum, quos vocant cubicos, quadringtona quinquaginta millia est complexa. Habemus dimensionem arcæ. Nunc porrò arcam ipsam ingrediamur, & singula eius domicilia ab imo lustremus.

Habuit arca partes omnino quinque. Prima pars illius infima omnium fuit sensu, quævior cubitos seu sex pedes Hebraicōs alta. Hic subiulta ad arcæ libramentum & finem erat; nam eo per laxiores ligneos canales stercora fordeisque animalium potuerunt dejici. Putat Delius, has fornices ita dispositas, ut omnis generis sordes in aquas potuerint emitti, quæ non admisis. Quid si finis sursum attractus, & per unam illam communem fenestram, de quâ locuturi, ejetus? Hæc igitur arcæ pars prima; primus & infimus locus tabulato teclus.

Pars secunda & proximus priori locus erat contignatio prima, seu primum cœnaculum, decem cubitis altum, habitatio animalium, trecenta ferè stabula propter Deus jussarat. Mansiunculas in eâ facies. Hic omnia animalia, terrestria, reptilia, & gradientia. Hæc stabulationes afferibus distincte, mediæ illarum via.

Pars arcæ tertia, contignatio secunda, sive secundum Tertia cœnaculum octo cubitis altum. Hic penarium & universi pabuli conditorum. Hic straminis & feni plurimum. Hic semina, hordeum, avena, frondes, legamina, hæc fructus omnigeni, molles & duri. Hic complura dolia dulcis aquæ plena, potionis, lotioni destinata. In locis vacuis & rustica urbana supelix post diluvium usurpanda. Ex hoc loco tubi & foramina laxiora in pecoris mandras derivata, ad fœnum, stramen, pabulum submittendum.

Pars arcæ quarta, seu tertia contignatio, cœnaculum tertium octo cubitis altum, in tres classes divisum, hominibus & avibus assignatum: classem medianam homines occuparunt, extrebas duas volucres tam feræ quam ciures habitabant, media classis sua habuit cubicula viorum separatin ac mulierum. Hic etiam culina & focus, hæc trulariles mola ac elibus, hæc lignorum ac carbonum, & que necessaria vita, receptaculum. Huc lumen obliquum & suspensum per arcæ fenestram immittebatur.

mittebatur. In alia habitacula accensis cereis eundum; aut si plures tūpā fenestræ (quod Auctoribus ferè dubium) potuit in totam contignationem hanc duásque ceteras immitti lumen. Credibile , fenestram è lapide speculari factam. Multa scala ascensui & descensui , foramina multa tam ad deferendum commeatum , quād ad fortes effendendas.

Quinta.

Gen. cap. 6.
v. 16.

Pars arcæ quinta. Tectum illius tam modicè declive, ut in medio sion altius uno cubito fuerit. Quod Noëmo Deus singulariter præcipiens , In cubito , aiebat , consummabis summatum eum. Id ideo factum , ut & ventis resistet , & nimbus posset effundere. Hæc omnia divino iussu & consilio sunt perfecta. Hancenim partium divisionem Deus clarissime prescribens , Deorsum , inquit , canacula & tristega facies in eâ. Quod Hebrei sic efferunt: Inferiora , & secunda , & tertia facies eam. Volut ergo gñationes. Deus tres esse contignationes in arcâ. Infimam , ut Hieronymus interpretatur , vocat deorsum , medium canacula , supream sive tertiam appellat tristega.

Multa hîc pro rorū admiranda : ipsa maximè compages arcæ , multitudō trabium & magnitudo , omniumque ipsarū se partium firmissima connexio. Hanc autem obstupefactam fabricam appellari Deus voluit non navim , sed arcam : nam arcæ aut feretro longè similior erat , quam navigio. Afferentes non curvati , sed directi , supra intrâque clausa omnia : nam ex omni parte impetrabatur pluviis , fætem per illos quadraginta dies ; arte regebatur , non humana ut navis , sed divinâ. Arca Varonii quid fures arceat , hec aquas. Deinde hic totus velut arcâ inclusus tamdiu natabat orbis.

§. III.

Arce compago fuit à Deo dictata.

Gen. cap. 6.
v. 14.
Curbitumine oblitia fuit arcæ.

Hoc loco accuratiū obserwendum , arcæ compaginem adeò minutum & membrarim esse dictatam à Deo , perinde si ipse nullam habiturus esset illius curam , quam tamen habuit providentissime. Nihilominus omnia Noëni cura videbantur transcripta : quidquid enim adversus aquarum vim repellendam , ad sustentationem vite spectabat , euri Noëni mandabatur , speciatim illud: Bitumine limes intrinsecus & extrinsecus. Bitumine , non pice. Bitumine Syriacum censetur optimum , tenacissimum. Omnes ergo parietes totumque opus intus oblitum , ut si quid exterius aquæ vis abradaret , interior firmitas resisteret. Dein frontem animalium , in loco concluso ceteroquin intolerabilem , bituminis & cedrorum odor dispelletur. Sed & istam habuit utilitatem hic bituminis illitus , ne fabrica , priusquam sui finem attingeret , vitium faceret , ruinam minaretur , aut vermes cariēque reciperet.

Opinatur Joannes Buteo , in supremo tabulato ad renovandam auram , erecta utrinque spiracula velut caminos sub arcæ tectum pertingentes , eo artificio , ut aquarum nihil admitteretur. Præterea Noëmo sic erant disponenda omnia , ut in neutrum partem ninium arcæ vergeret , sed æquilibrio ferretur.

Ergo mandata Numinis ad præscriptam formam exhaudienda erant exactissime. Siquidem nemo unus erat , qui minis crederet , non nisi parcer , virtus emergere. Frustra exhortationes , frustra fatidicum arcæspectaculum , jam pridem luxu & deliciis submersi nil audiunt , nil admittunt sani consili , dies noctesque perigracari & libidinari unum omnium erat negotium. Heu statum orbis miseritimum ! Sed hîc geminum pro more documentum nîcetimum.

Primum : Delicias abdica. Felices & quieti dies , otium voluptati juncturi , certum hominis exitium : lasciviens felicitas moribus est pœnæ immedicabilis , Pauli Tarsensis dicto : Quæ in deliciis est , vivens mortua est. Ejusmodi mortuis concionari difficile ; nil audiunt. Apud hos nec Noë , nec Isaias , nec Ezechiel , nec Hieronymus , nec Oseas , sed nec Petrus , nec Paulus quidquam proficiunt. Petrus

A quidem contentissimè concionatus , Hi verò , inquit , ut irrationalia pecora , naturaliter in captionem & permisciem , in his , que ignorant , blasphemantes , in corruptione suâ peribunt , percipientes mercedem iniquitatis , voluptatem existimantes diei delicias coinguinationis & macule , delicas affluentes , in convivio suis luxuriantes , oculos habentes plenos adulteri & impossibili delicti , pellicientes animas infibiles , cor exercitum avaritiam habentes , maledictionis filii derelinquentes relam viam erraverunt.

Nil horum audiunt , mortui sunt , nec arcam nec Noënum flocci faciunt ; delicias suffocati sunt. Ergo delicias abdica , & fac tibi arcam. Delicia corruptum & perdunt. Arca operosa defendit ab interitu. Quæsto , mi Christiane , ne quietem otiosam & suaves vita periodos hîc cogites. Non dum domi , nondum es in patriâ. In celo quies est nunquam turbanda , super altra vera sunt delicia. Hîc inter ventos & fluctus , inter procellas & tempestates elatandum , ne trepidi , né animum demittere. Mediis undarum fluctuat Noëmus , sed ita servatur , aliter periturus. Ad portum non nisi per fluctus tenditur , ad celum non nisi per adversa pervenitur.

Alterum documentum: Dei protectionem implora. Cum à Deo Psalte hilaris canta : Qui habitat in adjutorio Altissimi , in protectione Dei cali commorabitur. Expende tecum , obsecrabo , qui Deus impiorum gaudia turbarit ? Eluvione fuit nivit nefarios lusus. Interim suos idem optimus Deus in ligneum carcerem conclusos , in orbis interitu servavit incolumentes ; cistâ eos robustissimâ velut sacra pignota custodivit. Quisquis supremum hunc protectorem agnoscit suum , sicut illi quam integerimè commitit , salvo animo indemnus & fecurus agit ; ruat celum , non ferient illum ruinæ : in adjutorio Altissimi habitat , in protectione Dei cali commoratur , liber est & turus. Fecit sibi arcam , Deo se tradidit penitissime. Dixit Dominus : Susceptor meus es tu , refugium meum , fortitudo mea , firmamentum meum , liberator meus , protector meus , misericordia mea , virtus mea , Deus meus sperabo in te. Idcirco Dominus cum ipso est in tribulatione , exaudiens eum , proteget eum , liberabit eum , eripiet eum , glorificabit eum , longitudine dierum replebit eum , & ostenderet illi salutare suum , quoniam in Domino speravit.

CAPVT VIII.

Noëmus edificat Arcam.

PLUVIA , si naturam ejus spectemus , humectaterram & fecundat : est tamen alicubi solum , quod pluviis infusum siccus fiat & durius. In Narvensi agro , teste Plinio , tellus siccatur imbris , estu humectat. Admonitiones , horramenta , conciones èd sunt , ut si qui monetur , mitior fiat ac tractabilius. Verùm sicut subinde pluviis , ita sèpè monitis non responderet , qui sperbatur effectus. Non raro asperi ingenii homo commotionibus deterior redditur & obstinatior ; quemadmodum immixtus & degener tellus magisque indurescit imbris.

Noëmus eos habuit auditores , qui quanò plus monabantur , plus ridebant & jocabantur , tantò contumaciores , quantò crebrius admoniti. Decerum igitur suum Deus exqui coactus , non solum dictavit arcam fabricari , sed & expeditas manus admovevit jussit fabrice illi horrendæ. Itaque Noëmus operis initium fecit , & industria fabrili ligna cœpit contruere , ut vel inveniret ipso edifici aspectu tabulis terrorentur , & ad penitentiam emollientur impii . Quo autem loco Noëmus caminatus adificare caperit , quo tempore , quæ materiæ , num fornicatus , an cum filii & operis mercenariis , & quomodo de emendatione omnia Dei iusta exhauerit jam explicabimus.

Noëmus iusta exhauerit jam explicabimus. §. I. Sic ut

Duplex documentum.
I. Delicias abdica.1. Ad Tim.
Cap. 5. v. 6.